

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et] emendatum - Cod. Lichtenthal 134**


**Le Blanc, Jean**

**[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]**

Kupferstich

[urn:nbn:de:bsz:31-40622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40622)





**I**n illo tempore. Egressus est iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron ubi erat hortus: in quem introiit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum lanternis et facibus et armis. Iesus itaque sciens omnia que futura erant super eum: processit et dixit eis. Quem queritis? Responderunt ei. Iesum nazarenum. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Quem queritis? Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respondit iesus. Dixi uobis: quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedi isti michi non perdidit ex eis quemquam. Symon ergo petrus habens gladium

ci.

eduxit eum: et percussit pontificis seruum / et abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladium in uaginam. Calicem quem dedit michi pater, non bibam illum: Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt iesum: et ligauerunt eum et adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim socer caiphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem caiphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem illum simon petrus: et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introiit cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: et dixit ostiariae et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant autem serui et ministri ad prunas / quia frigens erat, et calefaciebant se. Erat autem cum eis et petrus stans / et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: et de doctrina eius. Respondit ei iesus. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in sinagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt: quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt: que dixerim ego. Hec autem cum dixisset: unus assistens ministrorum dedit alapam iesum dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei iesus. Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? Et misit eum annas ligatum ad caipham pontificem. Erat autem simon petrus stans: et calefaciens

g iii